

nens maius sit suo contento; unde si videremus vas, quod liquorem duplo, aut quadruplo se maiorem contineret, omnes nos in magnam admirationem raperet; e contra vero omnino hic accidit: nam dum Deus sub humana carne deitiescens angusto Virginis Mariae utero conitetur, tanto quidem contentum est maius suo continente, quanto Creator excedit creaturam; infinitum finitum; immensum id quod certis terminis circumscritbitur: unde Ecclesia catholica tanti operis admiranda in ea verba prorumpit: *Quibus te laudibus offeram, nescio, quia quem coeli capere non poterant, tuo gremio contulisti*. Secundum, quod valde admirabile reddidit hoc sacrum vas, illud sane potaverim esse, quod sicut stupendum in omnium oculis esset, intueri vas aureum, quod undique perfecte clausum non minus facile sum effunderet liquorem, quam si revera apertum, et absque ullo operculo esset; ita summa admiratione dignum, nemo sanae mentis inficiabitur esse, quod cum admirabile hoc vas sacratissimae Virginis coelestem virtutem habens sonum immittendi, manifestum contemplationis symbolum: aderat chrysolitus, auri colorem redolens, virtute praeditus contra nocturnos timores, fortitudinem animi apte satis denolans: aderat sardonix ad humilitatem inclinans; aderat onychinus, tremulos faciens oculos, timoris illius manifesta imago, de quo David (Psal. 39): *Time te Dominum omnes sancti eius*: aderat sardius, sanguinis fluxum restringens, et audacem reddens animum, virtutem animositatis adumbrans: aderat adamas, inexpugnabilis animi imago: aderat smaragdus, in quo viriditas color, spel argumentum, effulget: aderat topazius, excitatae irae mitigandae singularem vim habens: aderat saphirus, qui intensum sanguinis ardorem refrigerans, castitatem carnis incentiva extinguentem perspicue significat: ac tandem, ut paucis multa comprehendam: *Omnis lapis pretiosus, operimentum eius*: Mariam enim operiebat fides patriarcharum, spes prophetarum, charitas apostolorum, constantia martyrum, sobrietas confessorum, sapientia doctorum, castitas virginum, diligentia angelorum, illuminatio archangelorum, quies thronorum, magnitudo dominationum, excellentia principatum, severitas potestatum, potentia virtutum, scientia cherubinorum, necnon armorum incendium, quo seraphici spiritus inardescunt: ecce quam bene Mariae congrunt praecitata Ecclesiastici verba (c. 50): *Tanquam vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso*.

Hesiodus in illa sua secreta philosophia pulchram quandam virginem describit a diis summo pere dilectam, cui singuli amoris gratia singula nomina liberaliter condonarant, Apollo Musicen, Mercurius eloquentiam, Mars fortitudinem, Venus gratiam, Minerva sapientiam, Iunio singularem venustatem: hanc virginem tantis dotibus ornatam, *Pandoram*, hoc est, *donum omnium deorum* vocitabant, alii vero addunt, illam confectam fuisse, omnium deorum matrem esse. Haec quidem prophana, si in sacra convertamus, non fabulosa, sed in beata Virgine verissima comperimus; cum tres divinae Personae Mariam Deiparam summo amore prosequen-

tes, tot coelestibus donis illam emularint, ut ipsamet ore suo promat (Ecl. 23): *In me gratia omnis viae, et veritatis, in me omnis spes vitae, et virtutis*: ac si diceret: in me primo parentum iustitia originalis; in me columbina simplicitas Abelis: *Oculi tui columbarum* (Cant. 6): in me somnus contemplationis Enoch: *Ne suscitetis, neque evigilare faciat dilectam, quoadusque ipsa velit* (ibid.): in me iustitia magni illius patriarchae Noe: *Indumento iustitiae circumdedit me* (Isai. 61): in me fides Abraham: *Beata, quae credidisti, quoniam perferentur in te, quae dicta sunt tibi a Domino* (Luc. 1): in me tolerantia patientissimi Iob: *Stabat iuxta crucem Iesu Mater eius* (Ioan. 19): in me insignis pudicitia Rebecca: *Turbata est in sermone eius* (Luc. 1): in me pulchritudo Sarae: *Tota pulchra es, amica mea* (Cant. 4): in me prudentia Abigailis: *Et cogitabat, qualis esset ista saluatio* (Luc. 1): in me humilitas Liae: *Ecce ancilla Domini, facti mihi secundum verbum tuum*: in me virginitas Sanamitidis, quam non cognovit rex, licet illam in conjugem accepisset: *Quomodo fel istud, quoniam virum non cognosco* (ibid.): in me tandem sollicita cura Marthae, et ardens amor Magdalene: *Dicite dilecto, quia amore langueo* (Cant. 2): ecce nullus lapis pretiosus, nulla inestimabilis unio, nulla fulgentissima gemma, nulla, quantumcumque orientalis, ac summi valoris margarita in hoc Mariano vase desideratur, ut revera decebat regium vas, in quo Filius Dei ad incarnationem purissimum sanguinem exhibit, et ad carnis assumptae nutritionem, lactis potum, ut supra dicebam, bibiturus erat.

Ceterum, sermonem ad nostram institutionem convertens, a vasis tamen metaphora minime discedens, Paulina verba (2. Tim. 2) in memoriam revocare oportet: *In magna domo non solum sunt vasa aurea, et argentea, sed et lignea, et fictilia*. In haec autem magna domo Ecclesiae catholicae iusti sunt vasa argentea, et aurea, in quibus pretiosissimum divinae gratiae balsamum, suavissimum odorem efflans, reconditur; peccatores vero sunt vasa lutea, et fictilia, quae nonnisi vitiorum foeces a longe foetentes continent; illi sunt vasa in honorem, isti in contumeliam, ut ait idem Paulus (ad Rom. 9): illi sunt vasa vitae, isti vasa interitus: *Præparabit vasa mortis, sagittas suas ardentibus efficit* (Psal. 5): illi sunt vasa solida, isti fragilia: *Cor fatui, quasi vas contractum, et omnem sapientiam non tenebit* (Ecl. 21): illi sunt vasa misericordiae, isti vasa irae: *Aperuit Dominus thesaurum suum, et protulit casa irae suae* (Ierem. 50): illi sunt vasa plena, isti vacua. Illud autem interest inter vas plenum, et vacuum, quod illud lactem non sonat, istud autem si tangatur, tinnit, et personat: non secus iusti, tanquam vasa divinae gratiae plena, si adversitatibus tangantur: *Non murmur resonat, non querimonia* (Ecl. in offe. martyrum); ut apparet in Iob, quem cum Deo lepra percussisset, *Manus Domini tetigit me*; ipse tamen, ut ait sacer textus: *nihil stultum loquutus est labiis suis contra Deum*: e contra vero peccatores, tanquam vasa divinae gratiae liquore vacua, quocumque dolore tangantur,

continuo impatientissimis verbis crepitant, imo in blasphemias sacrilegae auri in magnam Christi iniuriam prorumpunt, cui, ob summam eius benignitatem, qui vasa irae in multa patientia sustinet, sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA IV.

Agitur de oblatione, quam sui ipsius fecit triennis beata Virgo in templo hierosolymitano; et de facili ascensu quindecim graduum; cuius occasione non paucis de profectu spirituali utilia traduntur.

De oblatione hucusque, qua b. Virginis parentes illam in templo Deo sacratum, disserimus: nunc oportet, ut de illa, qua eadem sacerrima Virgo in infantili sua aetate Creatori suo seipsam obtulit, sermonem instituamus. Ecce ergo hodierna die prae omnibus aliis pulchris foemini pulcherrimum Esther (c. 9) in conspectu regis Assueri, adeoque illi placentem, ut ob eximium eius decorem in sponsam suam cum assumeret: ecce reginam Saba sapientissimam Salomonem advenant, ac regalem eius aulam ingredientem, ut et munera illi offerat, et maiora recipiat, et abditissima coelestium rerum arcana sibi pandat: ecce tandem pulcherrimum Iudith (c. 16) templum hierosolymitanum visitantem, et de victoria Holofernis debitas gratias Deo reddat: cum enim beata Virgo in conceptione sua serpentis caput, hoc est peccatum originale, contrivisset, propter felicem hanc parvam victoriam, oportebat, ut, non secus ac Iudith, pro gratiarum actione Hierosolymae templum inviseret; at non solum invisit, sed se in eius obsequium liberrime mancipavit. Quod si, ut divus Gregorius (lib. 22. mor. c. 12) dixit: *Omne, quod datur, ex dantis mente pensatur*; non potuit Virgine oblatio, quae ex ardentissima, ac supereraphica charitate procedebat, non illi gratissima esse. Multum quidem fructus varios, animalia, pecunias, agros, domus, pretiosas vestes, argentum, et aurum, immo margaritas, et inestimabiles lapides, ac similia alia munera Deo obtulerunt; se autem tolos paucissimi cum Virgine se consecrarunt. Phylomena suavissimum lili ex arbore amoena offert canticum, si tamen extensa manum in tuam potestatem redigere velis, aufugiens, minime se comprehendi patitur; ecce tantum obtulit, sed seipsam offerre omnino renuit: Virgo se totam tradidit, exceptis nihil. Unde si eam etiam conferamus cum illis, qui perfectam, et apostolicam vitae rationem sectantes, se totos Deo obtulerunt, illud inter eos, et beatam Virginem interesse reperimus, quod illi sacrificium, Maria sui holocaustum obtulit: alii enim, cum aliquando peccaverint, *quia nemo sine crimine vivit*: et in multis offendimus omnes, aliquid sibi reinventur, illud scilicet, cui inordinate adhaerent; beata autem Virgo, quae nullo terreno affectu commutabili bono unquam adhae-

sit, nihil sui sibi reservavit, sed totam, ac totaliter, ut ita loquar, in holocaustum, i. dest, totum combustum, Creatori suo se obtulit: quod si *hilarem datorem diligit Deus* (2. Cor. 9): non potuit non pergrata eidem existisse Virginis oblatio, Germano Archiepiscopo in oratione de veneratione Deiparae dicente: *Paela autem valde lactans, et exultans erat in templum Dei tanquam in thalamum*. Deinde, si antiquum proverbium habet: *qui cito dat, bis dat*; quae tam cito in infantia sua se donavit, milites quidem dedit: Abraham centum, et virginis annos compleverat, cum Isaac filium suum Deo obtulit; at beata Virgo triennis tantum, ut tradunt Nicephorus (lib. 1. cat. 7), sanctus Germanus (de oblat. Virg. in templo), divus Bonaventura (in medit. de vita Christi), et Gregorius Nysenus (orat. de nat. Christi), seipsam Deo in perpetuum consecravit. Quam celeritatem, ut non semel alibi adnotavi, non obscure significavit visio illa Ioannis, cum pedibus beatae Virginis lunam subesse vidit: inter omnes namque planetas luna breviori tempore cursum suum peragit; ad eundem enim, unde moveri coepit, punctum redit, Saturnus post annos triginta, Iuppiter post duodecim, Mars post duos, Sol post trecentos sexaginta quinque dies, et aliquot horas, Venus, et Mercurius idem fere tempus insumunt; at Luna viginti septem diebus, et paucis horis totam sphaeram velocissimo cursu percurrit: ad eundem modum ex hominibus, nulli Saturno similes, qui quo celsiorem dignitatem locum obtinent, eo ad dignitatem cursum sequntior; alii religiosiores, brevi, instar Iovis, tempore, cursum absolvunt; alii perfectiorem vitae statum profectus, instar Solis, Veneris, et Martis viam mandatorum Dei citius, ac velocius currunt; at Virgo sanctissima, velut Luna, totam illam sanctitatis sphaeram, quae futurae Matri Dei necessaria erat, velocissimo omnium motu currit; cuius non leve argumentum, nec obscurum indicium existimaverim, quod (ut praecitati Patres tradiderunt) quindecim illos scaelae templi gradus sine alicuius iuvamine supra totam infantilis corporis facultatem, cum magna omnium adstantium admiratione, ascenderit: est enim exploratissimum, ipsa experientia id probante, ut quae in infantia accidit, eorum, quae postea futura sunt, praesagia quaedam, et prognostica signa sint. Zoroastes enim, qui ridens natus est, futurae alacritatis, et laetitiae, qua totam vitam duxit, signum fuit; ori Pindari infantis, dum somnum duceret, examen apud incedit; quod Platoni, et divo Chrysostomo confugisse historiographi narrant, eorum vitam describentes; idque ut eventus probavit, melliflui eorum sermonis miram dulcedinem redundantis prognosticum fuit. Et de Julio Caesare fertur, frequenter in ore eius versari verba illa: *Si ius violandum est, regnandi causa violandum est*: quod aperte praesignavit, ut postea contigit, illum suae tyrannidis petulantia repubblicam fore oppressurum. Sed quid prophantis egemus testimonium, ubi multa sacra suppetunt? nam haec illa, qua in materno utero fratres illi Jacob et Esau acriter pugnant, aperte significavit varias rixas, ac contentio-

nes inter ipsos, et inter populos ex eis nascituros futuras, ut, et sacer textus adnotavit, dicens (Gen. 25.): *Duae gentes sunt in utero tuo*. In historia etiam scholastica legimus, quod cum rex Pharaon in regio diademata, quo certis diebus caput suum redimebat, Ammonis idolum ex auro confectum adisset, Moyses, dum a filia eius, quae illum ad nutriendum exceperat, quandoque instar infantis iocans, diadema de capite eius tollebat, ac pedibus conculcabat; quod singulare factum id quod postea accidit, praenotabat; nam postea grandior factus Moyses, Pharaonem, et omnem eius exercitum non solum proffigavit, sed inundantibus maris rubri aquis submersit. Cum igitur hodierna die, quo tempore b. Virgo in templo a parentibus praesentata, gradus quindecim, non sine magno prodigio triennis ascenderit, sane id non obscurum indicium, ac prognosticum fuit celeris cursus, ac velocissimi progressus, quem in via perfectionis in dies effectura erat: *Ascensionis enim dispositio in corde suo*, ut dicebat David (Psal. 83): unde d. Hieronymus (tract. de ortu Virginis), postquam enarraverat ascensum illum quindecim graduum, continuo ait: *Tam quippe Dominus in Virginis suae infantia magnam quid operabatur, et quanta futura esset, huius miraculi indicio praemonstrabat*: velox enim illa ascensio futurum eius progressum spiritualem aperte satis praefigurabat. Ad quem etiam significandum, praeterquam quod Sponsus (Cant. 6) comparavit Virginem aurorae, cuius lux semper procedit, et crescit usque ad perfectum diem, illam componit cum turre eburnea, deinde cum turre fortissima, ex qua mille clypei pendunt; consulto primo comparat illum turri ex ebreo confectae, quae non nisi exigua esse solet, et instar monilis ex infantili collo pendere, deinde fortissimae arci, et inexpugnabili turri eam assimilat; ex excessu qui ppe fortitudinis huius turris supra fortitudinem illius, spiritualem Virginis incrementum significatur. Atque hoc idem praesignare voluisse arbitror eundem Sponsum, dum Virginem malogranato assimilat (Cant. 6): *Sicut cortex mali punici*; postea vero spirituales eius profectum admirans, acervo fructifici, qui multitudine granorum longe malum granatum excedit, illum comparat. Celerissimus iste b. Virginis in via perfectionis progressus adeo daemonis oculos offendit, ut propterea angeli Mariae per quindecim illos gradus ascendenti dicerent subobscura illa verba (Cant. 3): *Quae est ista, quae ascendit, sicut virgula virgini?* non diffiteor, inauditum genus laudis videri hoc angelicum encomium: nam quid magis futile, et vanum, quam fumus? certe loquor miseriam, ac caducitatem humanae vitae admissim describens, dixit (Job 3): *Dies mei, sicut fumus evanuerunt*: cum etiam quispiam superbus esse agnoscat, nimio fumo sceleris dicitur: qui ergo fieri potest, ut angeli laudare cupientes b. Virginem, quindecim graduum scalam templi ascendentem, virgulae fumum eam comparaverint? videntur mihi in haec metaphora allusisse ad locum Numerorum (c. 16), ubi sacra narrat historia, quod igne coctus missu super filios Chore, Eleazar ex divino iussu incensum adolevit, cuius fumus vehem-

ens adeo fuit, ut ignem illum extingueret: ut ergo angeli significarent, tenellam hanc infantulam spirituali sui profectus fragrantia daemone mirum in modum infestasse, fumo illam compararunt; quia, sicut iste lacrymas ab oculis extorquere solet, et flere compellit, non secus aromaticus ille, ac suavissimus Mariani profectus fumus daemonis oculis adeo infestus, ac importunus fuit, ut ululare, et amare fere illum compelleret; etenim cum ille e celissimo loco ad inferni barathrum descendere, nihil molestius fert, quam capitalis suae hostis Mariae spiritualem ascensum, cuius vitam, et mores a principio conditionis mundi vehementer coepit detestari, Deo ipso tunc dicente (Gen. 3): *Inimicitias ponam inter te, et mulierem*.

Atque hic b. Virginis progressus daemoni adeo terribilis, ac molestus, nos omnes edocet, spirituali nostro progressui sedula diligentia vacare, ac omnem segnitiam in via divinae servitutis longe a nobis repellere debere. Quidam hanc viam perambulant, de quibus regius Vates (Psal. 118) ait: *Beati, qui ambulat in lege tua Domine*: beatos illos vocat, qui observatio legis divinae semen est beatitudinis, ac vitae aeternae, Christo dicente (Matth. 19): *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*; quasi diceret: cum sit certum, quod quae quis seminaverit, haec et metet; si vis motere vitam aeternam, semina divinum mandatorum observantiam. Alii proficientes magis non solum hanc viam deambulant, sed et illam percurrunt, illud eiusdem Vatis (Psal. 118) observantes: *Viam mandatorum tuorum eucurri, cum dilatasti cor meum*: in horum numerum videntur mihi merito referendi Abraham, Sara, et eorum famuli: nam, ut sacra narrat Genesis (Gen. 18), cum tres peregrini tres divinas Personas adumbrantes, ut adnotarunt Glossa, et Lyranus (in c. 18. Gen.), Abrahami domum ingrederentur, omnes illius familiae ad illos benigne suscipiendos, ac leniter pertractandos festinantes occurrunt. De Abrahamo sacer textus ait, non solum, quod festinavit, sed et quod Sarae uxori suae dixit: *Acelera, tria sata similiae commisce, et fac subcineriticos panes*: ipse etiam ad armentum currit, et vitulum condendum famulo porrexit, qui etiam festinanter abiit, deditque pueri, qui et festinavit. Origenes (in Comm. huius loci) sollicitudinem hanc Abraham, Sarae, et famulorum eorum admirans, ait: *Abraham eucurrit, Sara accelera, pueri festinant*: quasi dicat; nullus est in hac Abrahami domo, qui odio vacet, nullus qui divinis incedat: omnes currunt, festinant, aequo accelerant. Huius rei eam pulaverim rationem, quod Abraham, qui caput erat, primum omnium festinavit, et exemplo eius Sara accelera, et ad utriusque imitationem famuli eucurrerunt, habet enim se maiorum exemplum, instar illius columnae nubis, filios Israel per desertum ducentis, quae si progrediebatur, illi etiam sequebantur; si vero stisibat, ipsi quoque progredi cessabant. Alii tandem sunt, qui non contenti viam mandatorum Dei ambulare, et percurrere, pervolant etiam, cum eodem Propheta (Psal. 44) dicentes: *Quis dabit mihi pen-*

nas, sicut columbae, et volabo: quare autem David volare desiderans, non accipit, aut aquilae, quae velocioribus alis praedatiae sunt, sed columbae potius a Deo postulat pennas, duplicem egregiam rationem, binamque huius loci pulchram intelligentiam his verbis tradit incoerit: *Iustus timet in prosperis, et in adversis: duo autem sunt nemedia contra illum timorem, qui significatur in pennis columbae; nam sicut dicitur naturales, accipitrum sunt duo genera: quidam sunt nobiles, qui aces non caperent, nisi in altum rotando essent elevatae a terra, et quidam sunt degeneres, qui eas non caperent, nisi in terra. Columba autem istos cognoscens, in primis videt, statim descendit ad terram; et quando secundus, statim volat in altum: sic et moraliter accipiter, avis rapax, est diabolus, qui aliquos rapit in alto, scilicet in statu prosperitatis, et aliquos in infimo, scilicet in statu adversitatis: columba autem significat iustus, et simplices, qui felle peccati carent; haec columba duas alas habet, scilicet, humilitatem, et patientiam. Quando ergo iustus videt accipitrem, diabolum ipsum volentem rapere sursum in alto prosperitatis, tunc uti debet ara humilitatis, pro prospera non se exaltando, sed ex hoc se magis Deo debitorem cognoscendo, quia, cum arguentur dona, rationes etiam crescut donorum. Quando autem videt diabolum se volentem rapere in terra, scilicet in infimo adversitatis, tunc volare debet in altum per animam patientiae, et spei, sperando, quod patientia est via ad coelum, medians verbum Decius: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Ista ergo sunt alas columbae, quas iustus a Deo sibi dari petere debet; scilicet humilitas in prosperis, et patientia in adversis. Vel aliter: per columbam intelligit Apostolos Christi; quoniam, sicut refertur, quaedam sunt columbae, quae nunciatorum funguntur officio, literas dominorum suorum sub alis portantes, et modico tempore multa terrarum spatia transeunt, quae maxime sunt necessariae, quando per terras hostiles alii muniti transire non audent; unde Plinius dicit, quod in obsidione Multinensi Decius Brutus epistolas ligatas pedibus columbarum in castra consulum transmisit: consimile narrat eodem libro de hi-rundinibus; et ex hoc Apostoli columbis assimulantur, qui verbum Dei per totum orbem in brevi tempore portaverunt. Quod in spiritu admirans Isaias de Apostolis ait: *Qui sunt isti, qui ut nubes volant, et quasi columbae etc.*? quae autem sunt pennae istarum columbarum, scilicet Apostolorum, nisi virtutes, quibus elevantur a terra ad coelestia? quae sunt quatuor, ut dicit Gregorius super Ezechielum: *Duae pennae iungebantur, et duae tegebant corpora eorum: haec sunt quatuor virtutes; duae respectu futurorum, scilicet amor, et spes; et duae respectu praeteritorum, scilicet timor, et poenitentia; primae duae iunguntur, quia profecto electi, et amant coelestia, quae sperant, et sperant, quae amant; duae autem aliae tegunt eorum corpora, quando eorum malia praeterita a conspectu iudicis timor, et poenitentia abscondunt: scriptum quoque est, beati quorum remissa sunt iniquitates, et quorum lecta sunt peccata. Ista ergo quatuor pennas a Deo peti iustus, ut a malis saeculi evo-**

lando, requiescat in Christo, dicens: *In pace in idipsum dormiam, et requiescam*; haec ille.

Verum ad profectum spiritualem revertentes, de quo praecipue erat sermo, statua illa celebris Nabuchodonosor ad vivum satis mihi exprimere videtur virtutis illud incrementum, quod Deus optimus maximus a nobis desiderat: pedes eius erant lutei, tybiae ferreae, femora aenea, corpus argenteum, caput tandem aureum: lutei pedes affectus terrestres, quibus recens ad Deum conversus scatur, significant: at hic in via divini famulatus progrediens, ad vincendos hos prava affectus, et ad superandas difficultates, quae in illa occurrunt, quasi ferreus efficitur; sed adhuc magis proficiens, ad aequanimiter sustinendas adversitates, ac labores perferendos, aenea fortitudine induitur: deinde ad ulteriorem perfectionis gradum ascendens, vitae innocentiae, ac cordis puritati per argentum significatae, quae symbolum est illius, diligenter insistit: ac tandem, ad anteriora cum d. Paulo se extendens, perfectiorem viam ingressus, charitatis auro adeo locupletatur, ut non solum sibi, sed et proximis aeternam felicitatem ardentissime exoptet, et cum eodem d. Paulo pro fratribus anathema ferri ardentissime cupiat: ecce spirituale iusti incrementum admissum in statua illa delineatum. Sed proh dolor! quam pauci illud suscipiunt, rari crescunt, pene infiniti decrescunt; quorum decrementum pulchre etiam eadem Nabuchodonosori statua praesignavit, si cum non pedibus in caput, sed a capite in pedes contemplari coepimus: caput est ex nobilissimo metallorum auro, sed continuo decrescere incipit, quia corpus est argenteum, femora sequuntur aenea, tybiae adhuc ex ignobilis ferro, ac tandem desinit in pedes ex vilissimo lulo, ecce spirituale animae decrementum, de quo loquens Ieremias (*Thren. 4*) praedixerat: *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii, in capite omnium platearum: filii Sion inclinati, et amici auro primo: quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli! et paulo post: Candidiores Nazaraei eius nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, saphyros pulchrioris. Denigrata est super carbonis facies eorum, et non sunt cogniti in plateis: ecce propheta tangit extrema illa duo statuae Nabuchodonosor, spirituale decrementum praecipue significantia; quorum alterum erat aureum caput, cui respondent verba Ieremiae (*Thren. 4*): *Quomodo obscuratum est aurum, alterum lutei pedes, quibus consonant alia eiusdem prophetae: reputati sunt in vasa testea, quod perinde est, ac si diceret, quod iusti in peccatum mortale prolapsi, quos d. Paulus (*Galat. 3*) increpans ait: *O insensati Galatae! quis vos fascinat ut non obedire veritati, etc. sic stulti estis, ut cum spiritu cooperitis, nunc carne consummimini?* fasciatis illos vocat d. Paulus, quia sicut fascinarum proprium est puerorum, quia a qualitatibus nocivis oculorum eos infutientium facile laeduntur, et pristinam pulchritudinem, ac rubeum colorem repente amittunt; ita hi, cum iusti, et sancti essent, Levi tentatione eos invadente, inslar puerorum facile cedant, ac superantur, et cum**

spiritu charitatis animas eorum deaurantis feliciter divinum famulatum coepissent, tandem peccati moriferi lulo delatantur, a Dei servitute se subtrahunt, ac misere intereunt; quorum sane ruinae eam inter alias frequentiores causas esse existimaverim, quod immemores illius sententiae (*Eccles. 2*): *Fili, accedens ad servitum Dei, praepara animam tuam ad tentationem*; dicunt illud David (*Psal. 14*) in corde suo: *Non movebor in aeternum*; sed continuo experiuntur, quod et David (*Psal. 29*): *Acertisti faciem tuam, et factus sum conturbatus*. Sane dum Ioannes (*Apoc. 12*) vidit mulierem, supra cuius caput erant stellae, et luna sub pedibus eius, gementem et plorantem, ac instar parturientis vehementer dolentem, ac instar parturientis vehementer dolentem, non obscure mihi id significat animam, quae illum perfectionis gradum attingit, ut stellam, hoc est coelestia dona, supra caput sum collocet; mutabilem vero lunam, hoc est, bona haec sublunaria, et mutationi obnoxia sub pedibus calcanda apponit, continuo variis tentationibus oppressa genere incipit: ac oportet tunc minime animo cadere,

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.

ut quidam poetarum dixit: cui consonant Gregoriana illa carmina (*in praecipit. ad virg.*):

..... ad cetera magno,
Tonde gradu, semper scandens, spectans priora;
Stare loco, mala res, ergo torpore remoto,
Ut capias, propra, donec virtutis ad arcem,
Supremaeque gradum perveneris, aspice Christum.

Sed melius omnibus d. Paulus (1. Cor. 9) his ait: *Sic currite, ut comprehendatis*; quasi diceret: ea animi gigantea fortitudine proparate, qua sol, de quo David (*Psal. 18*): *Excitavit ut gigas ad currendam viam*; sicut enim sol horrenda peragrata signa, taurum, leonem, sagittarium, et scorpionem: sic viro forti, licet occurrant tentationum lauri, scorpium, et leones, nulla ratione eis cedere debet; hoc sibi persuadens, quod sicut, quae soli monstra occurrunt, monstra quidem nomine tenus sunt, cornua vero, ungues, dentes, saevitia, ac venenum longe ab eis absunt; ita, quae sibi occurrunt monstra laborum, ac tentationum; monstrorum sunt velut spectra, aut simulacra quaedam inania, quae nullam contra viriliter pugnantem vim ad laedendum habent: in cuius figuram legimus, quod cum Moyses non apprehendebat colubrum, ille eum persequabatur, adeo ut fugeret Moyses, ut ait sacer textus; cum vero illum apprehenderet, continuo in virgam, seu baculum levaminis convertebatur: non secus, qui laborum, ac difficultatum colubrum pertimescens, apprehendere illas renuit, ab eis vincitur: at, si viriliter illas aggreditur, in solaminis baculum ex Dei auxilio convertitur. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA V.

Ostenditur ex sanctorum Patrum doctrina, beatam Virginem in templo, in quo fuit a parentibus praesentata, virginitatem suam Deo expresso voto nuncupasse, atque adeo castitatem vocendi primam inventricem fuisse; ubi etiam non pauca virginitatis economia subiungimus.

Inter alia permulta, quibus sancti Patres Virginem Deiparam adumbratam autumant, non infimum locum ex d. Ambrosii (*de nat. virg.*) sententia tenet virga aaronica, quae simul fuit florens, et fructus germinans; in quo aperte Mariam praefigurasse constat, quae virginitatis florem conservans, Christum Dominum inaeestimabilem fructum nobis peperit; in eo tamen, quod nostro argumento mirum in modum congruit, egregie virga illa b. Virginis lypus extitit, quia virga erat ex amygdalo, similis illi, cuius meminit Ieremias (c. 1): *Virgam vigilantem ego video*, ubi Theodosius verit: *Virgam amygdalinam ego video*: immo, et verba (*Numerorum 17*) non obscure ipsdum probant: *Invenit germinasse virgam Aaron in domo Levi, et turgentibus gemmis eruprant flores, qui solis dilatatis, in amygdalid deformati sunt*: sicut enim, Pierio Valeriano id attestante, amygdalano apud antiquos castitatis, et continentiae symbolum fuit, et inter omnes arbores hoc habet peculiare, ut prima omnium emittat flores; ita Maria inter omnes foeminas prima emisit votum virginitatis. Quam veritatem antequam multis modis comprobare, et illustrare aggrediar, illud certe prius dixerim in Marianam commendationem, quod eo tempore illud b. Virgo emisit, quo foecunditas tanto pretio habebatur, ut Deus ipse (*Deuter. 7.*) tamquam rem magni pretii, alique momenti illam Hebraeis polliceretur: *Non erit apud te sterilis utriusque sexus: quae vero non praecipit, sed promissionem liberam indicant; unde est illud Psalmi (126): Ecce haereditas Domini, filii merces, fructus ventris: et illa alia eiusdem Davidis (Psal. 127) benedictio: Uxor tua, sicut vitis abundans, in lateribus domus tuae: filii tui sicut novellae olivarum in circuitu mensae tuae: et contra vero sterilitas magno opprobrio habebatur, ut non obscure indicant verba illa Isaeae (c. 1): *In illa die apprehendent septem mulieres virum unum dicentes: postquam comedimus, vestimentis nostris operiemur, tantummodo invocetur nomen tuum super nos, tolle opprobrium nostrum*: hoc est, quando inimici victoriam de Ierusalem, et de eius viris reportabant, manebantque uxores viduae, et absque prole, tunc septem mulieres, opprobrii vitandi causa, si steriles, et absque liberis manebant, apprehendent virum unum rogantes, ut secum velit nubere; ne tamen quotidianus cibus, et phos pro alimento familiae sibi quaerendus quidquam eum retardaret, quominus earum voluntati annueret, dixerunt ei: *Panem nostrum comedimus, vestimentis nostris operiemur: cuncta expensis nostris fient*, CARTIAGENA DE B. M. V. — Vol. I.*

solum a te postulamus, ut sterilitatis opprobrium a nobis auferas. Huius idi contra sterilitatem ea unica causa erat, quod cum Messias ex eorum genere oriundus expectaretur, unusquisque ex sua prosapia nasciturum eum sperabat: atque haec, ni fallor, fuit etiam causa, ob quam rex Ezechias moleste feribat ultimam vitae suae periodum lamiam instare, nimirum, quod deinceps ex suo semine descensurum Christum minime poterat sperare, si vitam cum morte commutaret: atque huc facit, quod cum Iephthae voli se religione pularet adstringi, ut quidquid sibi post parlam victoriam primum occurrisset, Deo in holocaustum deberet offerre, filia quidem eius prima sibi occurrens, ac patris volentem de illa maclanda agnosens, continuo dixit (*Jud. 11*): *Pater mi, si operuisti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcumque pollicitus es es. hoc solum mihi praesta quod deprecor: Dimitte me, ut duobus mensibus circumem montes, et plangam virginitatem meam cum sodalibus meis*: tunc ergo, cum sterilitas magno despicatui duceretur, cum virginitatem mundus ridebat, non exigebat lex, usus ignorabat, populus pro nihilo faciebat, et fragilis foeminarum natura vis illam sustinere posset, tunc, inquam, b. Virgo plusquam virile, et heroicum opus aggrediens, non muliebri affectu ludo, non mundi iudicium attendens, non sexus imbecillitati cedens, non carnis illecebris allecta, non denique florida iuventute impedita, virginitatem suam perpetuo conservandam Creatori suo dicavit: quod excellentissimum opus Bernardus admirans, non temere Mariam sciscitatur (*hom. 3. de B. Virg.*): *Ubi legeras, b. Maria, de virginibus, quia cantant canticum novum, quod nemo alius cantare potest, et sequuntur Agnum, quocumque ierit? ubi legeras, laudatos esse, qui se castraverunt propter regnum coelorum? ubi legeras: In carne ambulantes, non secundum carnem militamus? et: qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit, et qui non iungit, melius facit? ubi audieras: volo vos omnes esse, sicut et meipsum, et bonum est homini, si sic permanserit secundum meum consilium. Christo ergo devoces te exhibere virginem, et nescis, quod ipsi exhiberi te oportet etiam matri? haec ille.*

Ad rem tamen nostram propius accedens, plerunque, eaque pulchra, Patrum testimonia reperio, quae b. Virginem tum in servanda, tum in vovenda virginitate primam fuisse proclamant. In primis Abdias babilonicus in vita s. Bartholomaei haec eius verba refert: *Haec virgo cum exaceraretur omnem circum, inna Deo omnipotenti coelit; primam autem ideo dixi, quia ex quo Deus homo factus est, ab initio saeculi, nulla hoc votum Deo obtulit. Haec ergo prima inter foeminas constituit in corde suo, ut diceret: Domine, offero tibi virginem meam, cum hoc a nullo homine nec verbo didicisset, nec exemplo ad imitationem, videlicet in vita constituisset, ut virgo pro amore Dei specialiter permaneret; hactenus d. Bartholomaeus; cuius verba refert, et acceptat d. Bonaventura (*lib. 1. Phetrae cap. 5*). Audite nunc d. Bernardum in hunc modum loquentem (*hom. 3. super Missus*): *Tu virgo, non dicam praecipitum virginitatis, sed nec consilium, nec exemplum habebas, nisi quod**

Spiritus sancti unctio docebat te de omnibus, ac sermo Dei vicus prius tibi factus est magister, quam Filius; et (in serm. super Signum magnum apparuit) ait: Offerentur regi virginēs, sed post eam: nam primitum sola vindicta sibi Maria. D. Antonius (s. p. sum. the. tit. 15. c. 20. §. 10.) Bernardo consensiens, inquit: Beata Maria est mater omnium in virginitate, quia prima sine praecepto, consilio, vel exemplo virginitatis munus Deo obtulit; et per virginitatis votum opprobrium virginitatis abstulit, et eam in se consecravit, et sic omnes virginēs per imitationem sui genuit. Verba etiam antiquissimi Origenis (in cap. 13. Matthaei) non obscure idem significant: Arbitror, inquit, rationi consentaneum esse, virilis quidem puritatis in castitate primitus fuisse Iesum, muliebris vero Mariam: non enim possibile est, alii praeter hanc virginitatis primitas ascribere. D. Ambrosius (lib. 4. de insti. virg. cap. 5.) frequens Origenis imitator, de Maria palam testatur, virginitatem adeo coluisse, ut virginitatis signum extulerit, et intemperate virginitatis pium Christo vexillum levaverit, ut verbis eius utar: subscribit venerabilis Beda dicens: Prima foeminarum tantae virtutis se mancipare curavit: et (hom. de ann.): Virgini divino munere collatum est, ut prima inter foeminas Deo virginitatis munus offerret: ac tandem Rupertus (in cap. 3. Cant.) inquit: Dicunt, et vere dicunt, quia volu virginitatis Deo prima vocari: item Arnoldus Abbas (tract. de laud. Virg.) expresse affirmat: Hanc Deo venerat, et integritatem mentis et carnis consecravit. Hos Patres sequutus Albertus Magnus (super Missus cap. 82.) eidem adscriptulatur sententiam in haece verba: Beata Virgo est mater omnium in virginitate, quae prima sine praecepto, consilio, vel exemplo virginitatis munus Deo obtulit, per quod omnes virginēs per imitationem virginitatis genuit. Accedit Abulensis, qui (super lib. 4. Regum) inquit: Sola sine exemplo placuit foemina Christo: id est, non fuit aliqua, quae emisisset votum virginitatis propter Deum ante Dominum nostram; haec ille: unde Apponius (lib. 4. in Cant.) accommodat Virgini ad hoc propositum illud Cantiorum: Vox turturis audita est in terra nostra: nam turtur, quia avis est castissima, typum gerit castissimae Mariae, cuius instar turturis vox, emittens virginitatis votum, audita est in terra nostra, qualis a saeculo nusquam personaverat. Atque hic ortum habuere celeberrima illa epitheta, atque clarissima cognomina, quibus antiqui Patres b. Virginem cohonestarunt; nam d. Ambrosius (lib. 4. de insti. virg. cap. 5. et 6.) vocat illam: Virginem vexilliferam: et virginitatis magistram: Epiplanius (ser. 78.), Principem virginum: D. Damascenus (ho. de Assump.), Virginitatis Prindiceriam: D. Augustinus (tract. 10. in evang. Ioan.), Virginum initium: Sophronius (hom. de Assump.), Perfectioris originalis exemplum: Nazianzenus (in carn. de Christo), Virginum lumen: Idiota nomine, re tamen sapientissimus, Virginitatis principiam: ac universa Ecclesia catholica Virginem virginum lumentem eam appellat. Scio quidem, quosdam gravissimos Patres plures viros commemorare, qui ante beatam Virginem virginitatem coluerunt: nam Sybillas, virginēs

fuisse, necnon etiam Ieremiam, et Elisaem auctor est d. Hieronymus (lib. 1. adv. Iovin.) quod idem de Elia tradit Ambrosius (lib. 1. de virg.) et Ignatius ad Phyladelphenses scribit, Iosue, et Melchisedech virginēs fuisse: d. etiam Damascenus propter virginitatem, testatur, Daniele, et tres pueros divinitus liberatos fuisse, illum quidem a leonum dentibus, hos vero a voracitate ignis in camino Babylonis. Collegium deinde Essaenorum in Iudaea fuisse, qui castam vitam agebant, communis est omnium sententia. Non autem est verosimile, inter tot castitatis sectatores neminem non virginitatem coluisse: innumerae remiscuntur historiae: ac tandem d. Gregor. Nazianz. (in Carn. de virginitate) concedit, a nonnullis illam fuisse custoditam: quod ita contigisse mihi facile sudeo: tum ex eo, quod, ut d. Ambrosius testatur (lib. 1. de virg.) permultae virginēs erant tempe deputatae, quae religiose, et caste vivebant: immo d. Gregorius Nyssenus sororem Moysis virginitatis cultricem fuisse asseverat: tum etiam, quia per Isaiam (c. 36) iam Dominus virginibus prohibuerat, ne dicerent: Ecce ego lignum aridum: quia haec dicit Dominus eunuchis, qui custodierint sabbata mea, et elegerint quae ego volui, et tenuerint foedus meum, dabo eis in domo mea, et in muris meis locum, et nomen melius a filiis et filiabus: hoc est, dabo eis excellentius nomen, quam si parentes essent plurim filiorum, et filliarum: ecce ante Mariam iam virginitas erat in usu, et in aestimatione.

Ceterum haec omnia assertae a nobis veritati ex Patrum doctrina nihil praedicant: nam in primis Vestales virginēs non perpetuam, sed ad tempus virginitatem colebant, ut scribit Alexander ab Alexandro (lib. 5. genialium dier.): unde s. Ambros. (lib. 1. de virg.) ad sororem suam tom. 4. loquens de virgine quae post longum tempus servatae virginitatis illam amittebat, eleganter dixit: Pelulantior est talis integritas, cuius corruptela seniori sererat aetati. Maria autem soror Moysis, ut tradit antiquissimus Iosephus, cui in hac re propter eius antiquitatem magna videtur adhibenda fides, coniux fuit Hur, quod et affirmat Abulensis (super Exodum). Quod si quippiam alii usque ad mortem virginitatem servarunt, nullus tamen eorum voti religione illam illustravit: quare sola virgo est, quae prima noscitur, virginitatem suam Deo speciali voto nuncupasse, et consecrasse: ex quo merito virginum dux, chorifera, et vexillifera, ut supra tetigi, appellari meretur, cum instar loab, qui tamquam strenuissimus dux nullius praecedente exemplo, primus fuit, qui vexillum levavit super muros Hebron; sic ipsa prima fuit, quae super muros Ecclesiae catholicae candidum virginitatis vexillum Christo levavit: et sicut Evandri mater, ut refert Ovidius, prima fuit, quae Vestalium virginum ritum instituit, quam imitatus postea Numa Pompilius eundem Romae instauravit, ut auctor est Titus Livius; sic Deipara Maria prima fuit, quae religiosas votum virginitatis emittendi consuetudini initium dedit: ac prima exiit, quae virginēs, non Vestales, ad consec-

vandum ignem materialem in templo dicatas, sed virginēs ex voto Deo consecratas ignem divini amoris in se conservantes, instituit: et sicut Maria soror Moysis, quae typum Mariae gerebat, prima fuit in usu tympani ad laudes Deo decantandas; sic b. Virgo prima exiit in emittendo voto virginitatis, quae pulchre per tympanum admodum: nam sicut tympanum ex desiccata penitus animalis pelle, omnique prorsus sanguine, et carne evacuata conficitur; sic virginitas corpus, et animam ad omni carnis libidine evacuat, et ad laudes Deo decantandas et se, et alios provocat, ut his verbis recte adnotavit Ambrosius (lib. 2. de virg.) dicens: Tunc Maria tympanum sumens, choros virginales excitavit: Cantemus Domino, quod per mare saeculi sine saecularibus fucibus transierimus; o quantis illa virginitas occurret, quantas complectat, ad Dominum trahet dicens: haec thorum Filii mei, haec thalamos nuptiales immaculato servavit pudore. His consonant quae testatur Ioannes (Apoc. 5) dum ait: Virgines esse, quae cantant canticum novum, quod nemo alius cantare potest. Certe olim antiqui magnam honorem deferrebant iis, qui primi rerum inventores existerant: nam, ut alios omittam, Veneti, teste Blondo, plurimi quosdam habitus sunt, eo quod primi fuerint bellicorum tormentorum inventores: Lacedaemonii laudati valde quodensem primi inveniunt: Anaximenes, et Anaximander mirifice commendati, eo quod ante omnes initium dederint horologii: ac tandem deam Arcadiam, nomine Carmentem, Evandri matrem, nullis encomiis efferebat prophana antiquitas, eo quod carmenlorum, et curruum artificum prima invenisset: si ergo semper primi reipublicae utilium rerum inventores magno honore, et laude digni fuerint; quibus quaeso praecentis Deipara Maria exallanda erit, quae voti virginitatis, christianae reipublicae adeo utilis, prima inventrix fuit: ipsa quidem, quae prima tormenta bellica, ut Veneti, ense, ut Lacedaemonii, horologium, ut Anaximenes, curruum ut Arcadiae dea, sapienter invenit; cum revera virginitas voto confirmata, et stabilita nihil aliud sit, quam spirituale quoddam tormentum bellicum, Veneris arma confringens; acutissimus ensis carnis illecebras ressecans; regulatissimum horologium irregulares animi motus, et mores componens; ac tandem triumphalis quidam currus ad coelestem patriam illam evehens, ubi Christo id attestante (Marc. 12), neque nubent, neque nubentur, sed erunt, sicut angeli Dei.

Ceterum, illud non pauci nosse desiderant, quo tempore b. Virgo virginitatis votum prima emisit. D. Thomas (3. p. q. 28. art. 4) censet votum expressum suae virginitatis emisisse post sanctam desponsationem, ante tamen desiderium solum illius habuisse. Antiquiores tamen Patres huic sententiae video refragari: nam D. Hieronymus (de ortu Virginis), d. Gregorius Nyssenus (orat. de nativ.) et antiquus Niceaphor. celebris historiographus (lib. 1. cap. 7) unanimi consensu tradunt, quod cum sacerdotibus vellent b. Virginem, ut moris erat, nuptui dare, illam id respuisse, propterea quod diceret, suam virginitatem Deo vovisse; ex quo

illi magna perplexitate laborare coeperunt, cum ex una parte inveterata consuetudo virginēs nubendi, quae in templo tegebant, valde vigeret; ex alia rem sacrilegam iudicarent, virginem Deo religioso voto nuncupatam marito alieni tradere. Ego sane huic sententiae facile subscribo: nam, cum b. Virgo non ignoraret, magis gratam esse Deo virginitatem voto constabilitam, quam illius expertem, ut theologi omnes docent cum angelico Doctore (2. 2. q. 88. ar. 6), et habetur (cap. beatae Mariae 27. q. 2), non dubito illam, utpote Deo magis, ac magis placendi sitientissimam, virginitatem suam, ut coelesti Sponso gratior, et acceptior esset, expresso voto, dum in templo aderat, consecrasse. Illud certe interest observandum inter observationem virginitatis absque voto, et custodiam illius ex voti religione, quod inter simplicem donationem fructuum, et liberalem largitionem arboris simul cum fructibus, virgo quidem etiam, quae est absque voto, pulchrum sane animi, et corporis sui fructum Deo offert, arborem tamen sibi retinet, quam potest alteri donare, cum absque peccato possit nullo modo viro se tradere; al integerrimam virginem Mariam, quae in hoc octavium se Deo totam obtulit, minime genitum credam quidquam sibi reservasse, sed perfectissime dum in templo aderat, virginitatem Sponso suo consecrasse, fructum, et arborem liberaliter ei donando.

Porro, cum iam Deo auspice, non obscure ostenderimus, beatissimam Virginem virginitatis Deo speciali voto consecratae primam invenitricem, atque adeo invictissimam virginum ducentem fuisse, reliquum est, virginitatis encomium ad coelum usque elevarum, ut ad eam seclaudam peullarum animi accendantur, et sub tanta deae Marianae militiae nomen sum dare non dubitent.

Inter omnia virginitatis praeconia illud mihi in modum eam extollit, quod Christus Dominus regnum coeleste virginibus comparaverit: quod in virginum laudem duo potissimum indicavit; primum est, virginitatem, non ferre munit, sed coeleste pignus esse: ad quod significandum antiqui, ut observavit d. Hieronymus (1. 1. cont. Iovin.), alterum signorum coelestium, quae sunt in Zodiaco, Virgo voluerunt appellari; itaque in orbe illo coelesti virginitatem constiterunt, nullius nullum locum dantes, ubi illo non caret Scorpium, nec Cancr. Secundum, comparatione regni coelorum Christus Dominus aperte satis inuit, virginēs reges esse: nam praeterquam servire Deo, regnare est, illi instar regum speciali corona in coelesti patria donantur, ut theologi omnes docent (in 4. dist. 49). Atque hinc est, quod Romani, auctore Celio Rhodigino (lib. 17. lectionum, cap. 19) regium honorem virginibus deferentes, cum invelerata aetate eos vigeret consuetudo, ne quispiam inter civitates moenia se peliri possent, solis Imperatoribus, et Vestalibus virginibus, quod omnibus erat interdictum, libenter concesserunt. Exat et aliud virginitatis celebre encomium, quod Patres sectatores illius cum angelis cognationem habere frequenter praedicant. D. Hieron. (ser. de Assumpt.) dixit: Bene angelus ad Mariam mittitur, quia semi-

per est angelis cognata virginitas: et d. Gregor. Nazianzenus (orat. in dictum Ec.) inquit: *in non plane angelicum est, eam, quae carnis vinculis cum sit alligata, non secundum carnem vivere, sed natura ipsa excellentiorem esse? et in praeclearo etiam illo opere, quod de virginitate poetice conscripsit, his, quae sequuntur carminibus, virginitatem, angelicam virtutem eleganter cecinit:*

Salve virginitas, divino tradita dono,
Mater inoffensae vitae, bona maxima fundens,
Christi pars, et spiritibus sociata supernis,
Ignaris thalami, nam magnus coniugis expertus
Est Deus, atque Dei rutilans chorus omnipotentis.

Non dissimilia paucis verbis dixit d. Cyprianus: *Cum caste vixeritis virgines, angelis Dei estis aequales.* Atque huc facit, quod titulus Psalmi 44 qui in nostra vulgata in hunc modum inscribitur, *pro his, qui commutabuntur*, hebraeum originale legit, *pro illis: ubi d. Hieronymus in (Ps. 44) quaerens, quae illa sint ista, quae commutantur, respondit, virgines esse, qui ob puritatem vitae in angelos commutari videntur: ex qua doctrina colligere licet solutionem illius dubii, quare olim angeli Abraham visitantes ab eo se adorari patenter; angelus tamen, qui d. Joanni evangelistae apparuit, non permisit se ullo adorationis genere coll, quin potius volenti illum adorare, continuo et occurrit dicens (Apoc. 22.19): *Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum: existimo eam fuisse rationem, quod, cum Ioannes virgo esset, non putavit angelus, illum sibi esse inferiorum, sed aequalem, et conservum, et ideo adorationem eius respuit.**

Hinc est, quod quia virgines angelicam vitam agunt, conversatio earum in coelis est; et ideo Ioannes dixit, se illos vidisse in sublimi monte caelestis patriae comitari Agnum (Apoc. 14): *Vidi, et ecce Agnus stabat super montem Sion, et cum eo centum et quadraginta quatuor millia: quare egregie, ut assolat, d. Gregorius Magnus (super 3. Reg. lib. 3.) dixit: Bene in sublimi esse virgines dicuntur, quia, quod naturam humanam supergreditur, in altissimo virtutum culmine situm est: haec d. Gregorius: cuius doctrinae imitens, non inepie dixerm, continentiam, et virginitatem, montem illum esse, de quo angelus (Gen. 6) ad Loth clamavit, *In montem saltem tu fac: nam et ipse d. Gregorius (in suo Pastoralis 3. p. admonit. 28) id non obscure his verbis indicavit: Solomam fugere est illicita carnis incendia declinare; altitudo vero montium est munditia continentium.* Haec tamen, licet vera sint, minora tamen arbitrator esse, quam virginum dignitas mereatur: ut enim acute dixit d. Petrus Chrysologus (serm. 3. de Annunc.): *Excellentiss est, virginem esse virtute, quam natura: verba eius haec sunt: Virginitas hoc oblinet viribus, quod habet angelus ex natura; angelus, et virgo deivnum agunt officium, non humanum; angelicam gloriam acquirere, maius est, quam habere: scilicet, et sapienter dixit, maius, quia angelis virginitas naturalis est, virginibus meritoria; angelis innata, virginibus industria sua, divina gratia cooperante, conservata; angelis una est**

simplex virginitas, quia simplices spiritus sunt, virginibus vero duplicata inest virginitas et mentis, et corporis, ex quibus tamquam partibus integra componitur: angelis virginitatis custodia pugnae, et victoriae expertus est, virginibus vero pugnantibus, et vincuntibus virginitatis gloria ascribitur: unde d. Hieronymus, ut refert Glosa (super 1. ad Cor. 7) dixit: *Mator est victoria virginum, quam angelorum: angeli enim sine carne vivunt, virgines vero in carne triumphant.* Tandem, etsi in angelis virginitas sit laudabilis, longe in virginibus laudabilior, cum illis necessaria, istis spontanea, et libera ob Sponsi amorem existat. Illud tamen haec omnia virginitatis praeconia longe antecellit, quod d. Gregor. Nazianz. (in carminibus de virginit.) alta mente pendens non satis pro dignitate commendari virginitaltem, si regno coelorum, et angelis comparetur, religiosa quadam audacia, partem Christi illam vocitare non dubitavit,

Sic quoque virginitas magni pars inelyta Christi.

Certe corpus mysticum Ecclesiae catholicae, cuius caput est Christus, ut dixit Apolosus (Ephes. 1), *Ipsam dedit caput super omnem Ecclesiam, variis partibus compactum est: quarum quaedam minus dignae reperiuntur, ut coniuges; aliae digniores, ut viduae, et continentis; aliae vero multo honoratiores, quae virginitaltem suam Deo sacrarunt: unde d. Hieronymus (ep. ad Nicolaum) coniuges ferro, viduas argento, virgines auro comparavit; et interpretes (super Matth. 13) ex tribus numeris ibi assignatis, trigessimam coniugibus, sexagesimum viduis, centesimum vero virginibus, tamquam dignioribus, assignant: has ergo vocat Gregorius inelytas partes Christi, alludens ad communem loquenti usum latinorum, qui cognomen inelyti strenuis ducibus, et victoriis praecipue accommodare solent; perpetua autem virginitatis custodia insignis victoria est, quam qui reportant, merito inelyti, seu inelytae partes Christi, ut loquitur d. Gregorius, appellari merentur; ex quo fit, quod cum Christus fuerit fortissimus virorum, non possunt virgines, quae partes eius sunt, non magna fortitudine pollere. Ad id enim significandum arditior Salomonem (3. Reg. 17) praecipuum a Domino habuisse, ut in templo super columnas quaedam lilia in modum coronae appenderentur: voluit enim ostendere, debere virgines significatas per lilia, iuxta illud (Cantic. 2), *Qui pascitur inter lilia*, fortitudinem, velut firmissimas columnas, induere ad ingentes superandas difficultates, quibus quidem superantibus, fulgentissimis coronis eorum capita redimientur. Et quidem si rem bene perpendamus, ipsa nominis ethymologia perspicue satis indicat, fortitudinem cum virginitate coniunctam esse: nam si credimus d. Isidoro (lib. ethymologiarum), virgo a virago derivatur, quod virilem, ac fortissimum foeminam significat, vel si malimus d. Thomae consentire (2. 2. q. 125. art. 1), ubi vocem virginis a virore originem trahere putat, id etiam virginum fortitudinem praesefert, quia perfecta virginitas, etiamsi per-*

multi eius hostes cum marcescere moliantur, semper sumo retinent virorem, et veloti viridis laurus a libidinibus fulgoribus animum viriliter praeservat.

Haec attente consideranti videbitur forsitan non posse sublimius virginitaltem extolli, quam quod inelyta pars corporis Christi sit; et alius illam extollit d. Basilus (lib. de vera virg.), ubi ait: *Magnum quidem, ut vere dicam, est virginitas, incorruptibili Deo, ut ita dicam, hominem simitem faciens.* Similia dicit Cyprianus martyr (de hab. Virg.): *Dei imago est, respondens ad sanctimoniam Domini: id est, ad puritatem Dei, quia sanctum idem est, quod purum, seu sine terra.* In eo etiam praecipue virgines divinae sanctitatis inveniuntur aculeatrices, quod terrenis affectibus morientes, soli Deo vivunt, ac perpetuam mentis, et corporis integritatem perpetuo conservant: unde d. Gregorius Nazianz. (in carn. de virginit.) beatissimam Trinitatem, primam virginem appellat, quam in hoc et mentis, et corporis sui integritate virgines solummodo imitantur:

Prima Trias virgo est, siquidem Patre natus Anarcho Filius est, nec enim Pater ortum traxit ab ullo, Utloque principium rerum, et vitalis origo, More nec humano generavit sanguine natum.

Ad extremum, ut paucis nulla comprehendam, Sapiens (Ecc. 26) dixit: *Omnis autem ponderatio non est digna continentis animae; ergo si virginem incorruptibile coelum appelles, non est digna ponderatio: si caelesti regno illum compares, non est digna ponderatio: si angelum voces, non est digna ponderatio: si partem inelytam Christi, non est digna ponderatio: si imaginem Dei, non est digna ponderatio: aliquid igitur amplius latentis excellentiae virginitas continet, soli Deo perspectum, quod nos etiam religiosa admiratione suspicere, ac revereri debemus: unde, ubi nostra Vulg. legit: *Apprehendite disciplinam, quaedam translatio legit: Osculamini filium: alia vertit: Adorate puritatem, vel virginitatem: quo non obscure indicat, virginitatem Deo consecratam, tamquam imaginem divinae, ac increatae virginitatis adoratione dignam esse. Quod sane videtur non ignorasse imperatorem Iustinianum, qui, ut constat ex § illud in quadam eius authentico solum illius amator extitit, dum ait: Non enim castitatis sumus amatores, sed et cultores etiam, ut ipse testatur (in L. si qua, C. ad Senat. Consul. orf.) ubi ait: *Ipsi pudicitiae, quam semper colendam censemus.* Atque hinc est, quod Gentiles hanc virginitatis excellentiam adorantes, multipliciter illam colere, magnosque ei honores detulerunt: nam in primis, ut tradit d. Hieronymus (ado. locin.), Gentiles, ea praecipue ratione Dianam, et Minervam tamquam Deas venerabant, quia virgines illas esse certo sibi persnadebant; deinde, ut commemorat d. Hieron. (lib. contra Iovinianum), Romani tanto honore virgines prosequuntur, ut, si imperatores in curribus triumphantes, et de hostibus superatis trophaea referentes, Vestalibus virginibus obviassent, eis de via cedere soliti essent: et merito quidem, quia virginum**

triumphus de indomita carne celebrior, ac dignior erat, quam si de hostibus etiam infestissimis extitisset, Salomone dicente (Proo. 1): *Melior est patiens viro forti, et qui dominatur animo suo capignatore urbium: par igitur erat ut minor imperatorum triumphus cederet maioribus virginum.* Accedit ad haec, quod imperator Iustinianus hanc legem condidit in virginitatis honorem, ut, cum virgines nubentur, illorum viri in praemium virginitatis arrhas illis donarent, ut habetur (ex lex. in l. res uxoris. C. de donatione inter virum, et uxorem). Rosinus (de virg. Vest.) quoque refert, quod, si quae virginum Vestalium per publicas civitatis vias egrediebatur, eadem stipantium caetera, qua consules, ac supremi Romae primates incedere soliti erant, ipsa magno fausto, et apparatu procedebat. Idem etiam auctor scribit, Romae moris esse, ut, si quis ad mortem damnatus per publicas vias duceretur, si Vestalium virginum offenderet, ab omni poena immunis manebat: tantum honoris apud Romanos virginibus exhiberi solitum erat, quod, si in hoc genere argumenti sacra eloquia consulamus, pulchra multa reperimus, quibus aperte constabit, quantum non solum terrestria animalia, sed et astra caelestia, et spiritus angelici, immo et ipsemet Deus virginitatem honoraverint. Revocate quaeso in memoriam quod d. Damascenus tradit (lib. 4. de fide cap. 15), necae voraces flammis ignis tres pueros in camino Babylonis exurere, nec immanissimos leones Danicis quidquam lactere ausos fuisse, quod virginis erant. Memento etiam illius, quod patriarchae Ioseph, et Iacob in somnis contigit: nam ille, quia virgo tuus erat, clarissima solis, et lunae astra visa sunt cum adorare; hinc vero ostensa est mirabilis scala a terra usque ad coelum pertingens, in cuius summitate Deus ipse sedebat, et per eam angeli ascendebant, et descendebant; novit enim Iacob hunc favorem sibi a Deo virginitatis causa impensum esse: nam, cum postea eadem illa via reverteretur, amissa iam propter matrimonium virginitate, quamquam invenit angelos, non tamen pacificos, sed in modum exercitus pugnales: et hinc est, quod antea dixerat: *Vere locus iste sanctus est, et ego nesciebam; nunc vero in haec verba prorumpit (Gen. 32): Castra Dei sunt haec: itaque virginitate amissa angeli solum se ostendunt Iacob velut defensores, neququam tamen, ut sibi familiares, et ei aequales, velut anlea.*

Porro iam veniamus ad honores, quibus Deus optimis maximis virginitatem semper cumulavit. D. Augustinus (lib. de Civ. Dei) meminit quarundam virginum, quarum una cribrum aquam plenum manibus continebat, absque eo quod nec quata una ex eo decideret, altera vero, ut tradunt Ovidius (lib. 9. Fastorum), et Titus Livius (lib. 9. de bello punico), navim, quae ex defectu venti ulterius progressi non poterat, zona, quae cingebatur, non minus velociter traxit, quam si a vento raperetur. Strabo etiam refert, virgines apud Persas Dianae dicatas super ardentem prunas illaesse pedibus incessisse; quae omnia ea ratione arbitror Deum fieri permisisse, ut etiam apud Gentiles

et idolorum cultores virginitas in magno pretio haberetur; apud fideles vero in veteri lege hunc honorem contulit castitati, ut ex omnibus tribubus solum tribum Levi sibi eligeret, in quo maxime castimoniam effulgere oportebat, eo quod divino famulatu Levitae essent mancipati. Quod, ut magis innotescat, observandum est, quod ex duodecim lapidibus, quibus rationale suum sacerdotis inserebat Deus exornari, tertius erat smaragdus, in quo, ut tradunt d. Hieronymus (to. 3. lib. de rest. sacerdo.) et Abulensis (super cap. 18. Exodi q. 12), sculptum erat nomen tribus Levi, qui fuit tertius filius Iacob, ut iidem doctores docent: per quod sine dubio voluit Deus significare, eos, quos sibi maiori vinculo copulabat, castitate, ac animi puritate conspicuos valde debere: smaragdus enim, ut refert Valerianus (li. 4. de smarag.) castilitatis symbolum propterea semper extitit, quia, si quis illum secum deferens, veneri vaelet, continuo rompitur. Est etiam ad idem observatione dignum, quod Levi tria significat, ad illustrandum praesens argumentum non parum accommodata: primo significat ideam quod assumptus, seu electus, ut notavit d. Gregorius (super Ezech.). Sane si rem alius contempleretur, pretiosiora pigora, quae sibi Deus assumpsit, et ex omnibus elegit, virginitate praecelluerunt, ut his verbis acute adnotavit magnus pater Hieronymus: *In omni hominum genere optimus virgo fuit, inter homines optimus Christus, hic virgo fuit: inter mulieres, optima Maria, haec virgo fuit: inter Apostolos Paulus per excellentiam Apostolus dicitur, et virgo hic fuit: inter martyres Stephanus, et Laurentius, et hic virgines fuerunt.* Secundo significat Levi, Assistentem Deo, scilicet per cogitationem, iuxta illud Pauli (1. Cor. 7): *Mulier in nuptia, et virgo cogitat, quae Domini sunt:* cum enim virgines sint similes angelis, non cessant clamare quotidie una voce dicentes (Isa. 6): *Sanctus, sanctus, sanctus:* cuius saepe cantus suavissimus concentus, dulcissimaque armonia angelicos spiritus adeo exhilarat, ut ad illum auscullandum cum summo gaudio accedant, iuxta illud Sponsi (Cant. 8): *Quae habitas in hortis, amici auscullant te.* Quis ergo non miretur, tantam gloriosam esse excellentiam, ut angeli dulcissimos coelestis patriae hymnos, ac suavissimos cantus audire assefecti, virginum melodiam divinas laudes personantium attentis auribus auscultare de coelo veniant: *Quae habitas in hortis, amici auscullant te.* Tertio Levi, ut tradit d. Ambrosius, idem denotat, quod mox: adeo quidem Deus sibi complaceat in virginitas, ut quasi zelotypiae amore ardeat, velit virgines totas esse suas, totaliterque ab eo possideri, ut verba Iosue (c. 4) salis indicant: *Non habebit Levi partem, nec possessionem cum fratribus suis, quia ipse Dominus possessio eius;* unde quando iussit Deus populo suo, ut legitimus (in lib. Num. 31) quasdam civitates cum civibus suis penitus evertere, praecipit tamen, ne virgines, upote quae ad possessionem eius speciali ratione pertinerent, interimerentur: *Puellas tantum virgines servate vobis:* ecce, cum in illis civitatibus tanta esset statum diversitas, solis virginitas, tam

quam rei sibi sacrae, hanc immunitatem Deus servari voluit, ut nemo militum illas laedere, aut confingere auderet, sed sibi soli reservarentur: *tantum virgines servate.* Atque hinc colligo rationem, ob quam inter omnes coelestias soli virgines deferant scriptum in frontibus nomen Iesus, iuxta illud (Apo. 14): *Habebant nomen eius scriptum in frontibus suis:* eam, ni fallor, opinor esse, quod speciali ratione prae ceteris aliis beatis ad Christum pertineant, tamquam peculiaris eius possessio. Unde quemadmodum mancipiorum domini solent in coram maxillis, vel mento, et pastores in ovium vel leribus, signum aliquod imprimere, ut ad quem pertinent, dignoscantur; Ita Deus virginitas, quia specialissimo obsequio genere se ipsas ei manciparunt, specialissimo etiam sacri nominis Iesu notamine frontes earum prae omnibus aliis beatis condecorari voluit. Illud etiam adnotarim, quod ad virginitatis honorem non parum conducit, Deum olim conquestum fuisse de populo suo, quod mortias virgines non delevisset, variisque encomiorum honoribus mortem earum non conhonestasset: *Virgines eorum,* inquit David (Psal. 77), *non sunt lamentatae:* ubi Hebraei legunt: *Virgines eorum non sunt laudatae:* ecce volebat Deus, ut virgines, instar magnorum Principum, tam in vita quam post mortem non solum lacrymis, et gemilibus, sed et variis praecentis, ac laudibus esse populus prosequeretur, quae se totas Deo consecraverant. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VI.

Virtutes variae, quibus b. Virgo in templo effulsit, virginitas imitandae proponuntur; praesertim vero clausura; verecundia, otii vitandae cura, quae sunt velut propugnacula virginitatis, cuius custodiae mira difficultas ex Patrum doctrina ostenditur; variaeque ad illam superandam remedia traduntur.

Quam sancta, quam sincera, quam perfecta, quam coelestis, quam seraphica, quam omnibus numeris absoluta Mariana in templo vivendi ratio fuerit, non aliunde probare audeo, quam ex his, quae de illa ibidem commemorante priscorum Patrum antiquitas contestata nobis reliquit. Ioannes Chrysostomus (in Domini hypopant.) ait: *Beata Maria ultra omnem humanae naturae modum, modestiam, atque temperantiam excoluit; ac ob id universorum Dominum in utero gestare promeruit. Quod si qua virgo alia maiori modestia, vel ampliori puritate, aut maturitate praeter hanc ornata extitisset, illam sibi Dominus prae hae ipsa omnino in habitaculum delegisset: idem etiam Chrysostomus (in c. 1. Matth.) inquit: *Maria non levis, non cocosa, non cantatrix, non turpium verborum amatric, sicut solent plerumque puellae, quae libenter talia aut loquantur, aut audiunt; non super virum oculos suos extulit, nec infanti aspectu: Ioan. Damascenus (li. 4. fd. c. 15): Deinde**

in domo Domini plantata, et impinguate spiritu, veluti olivae fructifera, omnium virtutis habitaculum facta est, ab omni saeculari vita, et carnali concupiscentia procul mentem sequestrans: et sic virgine animam cum corpore conservans, ut decet eam, quae in sinu Dei susceptura esset: sancta enim existens in sanctis requiescit: sic igitur sanctificationem omnem exeret, et templum sanctum, et admirabile Altissimi Dei digne demonstratur: Epiphanius presbyter Constantinopolitanus (in vita Virg.): *Erat docilis, et animas doctrinam, et non solum in sacris literis, sed etiam in lana, et lino serico, et bysso laborabat; erat praeterea in sapientia et intelligentia super omnes illius saeculi adolescentulas, cunctis admirationi, quae, et vere consuevit ea, quorum usus erat in templo sacerdotibus: D. Anselmus (opus de form. et mor. be. Mar.): *Mos tuus erat modice loquelae, expeditae obedientiae, mundaе proximalionis, sine audacia, sine turbatione, sine ira, benigne salutans, eloquentiam eius homines mirabantur; et paucis interiectis, subtili: Perseverans in orationibus, serens panum proprii coloris, lectioni, ieiuniis, et labori manuum, et omni bonae virtuosae operationi se dederat. Eximias haec Virginitas virtutes Ambrosius (lib. de virg.) contemplans, ad Virginitas imitationem nos invitans, ait: *Sit vobis languin in imagine descripta virginitatis Mariae, et eius vita, in qua, velut in speculo, refugit species castitatis, atque forma virtutis. Hinc sumatis, licet exempla vivendi, ubi tanquam in exemplari magisteria sunt expressa probatis, quae quid corrigere, et quid fugere, quid tenere debeat ostendunt: haec S. Ambrosius: quibus non dissimilia scripsit d. Hieronymus (epist. ad Paul. et Eustoch.) in haec verba: *Si placeat vobis, charissimae, talis, ac tanta Virgo placeat, et opus virtutis eius, cuius vita omnium disciplina est, cuius mores instituta sunt Ecclesiarum.* Et quidem Ethnici philosophi putarunt magni momenti esse, praeclearam alicuius viri vivendi rationem attendere, ut ad eius normam mores quisque suos efformaret; unde Terentius (in Adelphis) dixit: *Inspicere tanquam in speculo vitam hominum iubeo, atque ex aliis sumere tibi exemplum:* et Seneca ad Lucillum scripsit: *Elige tibi, cuius tibi placeat vita, quia opus est aliquo, ad quem mores nostri se erigant: ac tandem Cato inter sua documenta hoc potissimum reliquit:****

Multorem exemplis discere, quae facta sequaris. Quae fugias: nobis vita est aliena magistra.

Ex unanimi igitur Patrum, quos retuli, doctrina tria praecipue virginitas imitanda proponuntur ad virginitatis earum custodiam apprime necessaria. Primam clausura, et a virorum consortio omnimoda sequestratio; ut e nimis eleganter dixit d. Hieronymus (epist. ad Eustoch.): *Raro cogitatur in mente, quod exterioris sensus non nutriunt: haec enim sunt fenestras, haec est, quae nisi clausa fuerit, morti patet introitus, et nil nisi funesto ingreditur: in silentio autem, clausura, ac quiete cogitationis perversae vitantur: idem etiam Hieronymus (epist. 22. c. 11) eadem Eustochio scribens, dicit: *Cave, ne domum exeat, et ne velis videre**

alias regionis alienae, quamvis fratres habeas patriarchas, et Israel parente laeteris: nam Diana domum egressa corrumpitur. Nolo igitur, te sponsum querere per plateas, nolo te circumire angulos civitatis. Zelotypus est Iesus, non vult ab aliis videri faciem tuam: foris vagentur virgines stultae, et intrinsecus esto cum Sponso: et (in epist. 3. ad Gaudent.) ait: *Ne liberius procedat ad publicum, nec semper ecclesiarum quae rat celebrat: in cubiculo suo totas delicias habeat: haec ille: Ambrosius ad idem (sup. Luc.) ait: *Discite virgines scire non circumcursare per alienas aedes, non donorari in plateis: et (in exhort. ad virg.) ait: *Nullus sit sine matre progressus, quae sit anxia tui custos pudoris; ipsa quoque ad ecclesiam progressu ravior sit adolescentula. Sacra Scriptura insignem illam foeminae Iudith clausuram amantissimum proponit, dicens (Iudith. 8): *In superioribus domus suae fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur: similem clausuram observasse arborit Saram, ut non obsecere colligiter ex libro Genesis; cum enim tres angeli Abraham invisere venissent, non invenerat Saram, quia in penetralibus domus latebat, nec inde exivit, quousque ab angelis accessit fua dicitentibus (Gen. 18): *Ubi est Sara uxor tua? Verum non solum fideles, sed et Ethnici homines magni momenti esse putarunt foeminarum clausuram ad pudicitiam conservandam: ut enim refert Tiraquellus (in l. 1. connubiali), Plutarchus testatur, mors fuisse apud Boetios, ut coniux ad nudas curru duceretur, et cum in domum reduebat, continuo aderant, qui curram comburebant, significare volentes, iam non ultra opus sibi esse curru, cum perpetuo domi consistere deberet. Idem etiam Plutarchus commemorat, Phydiam, celebrem sculptorem, Veneris pulchram statum affabrefecisse, illamque super testudinem quandam posuisse; tum, ut lenio illo gressu, quo illa graditur, significaret, foeminae debere deambulatricem non esse; tum quia, sicut testudo non aliter de uno loco ad alium movetur, nisi intra domunculam suam clausam, et eandem super se deferens; ita foemina, et maxime virgo, tam acre ferre debet domus suae clausura egredi, et foris incedere, quam si totam domum molestem super humeros laetura esset. Tandem d. Paulus (ad Tit. 2) hortatur, uxores clausuram domus suae servare; nam ubi nostra Vulgata legit, ut sint domus curam habentes, originale hebraicum habet, ut sint custodes domus: atque hae arbitror tendere verba Salomonis, dum de muliere prudente ait (Prov. 31): *Consideravit semitas domus suae, et panem otiosa non comedit.* Primo ait, illam non per alias vias circumcursare, nec per alias pervagari civitatis plateas, quam per semitas domus suae. Secundo ait, quod et nostro argumento deservit, otiositatis inimicem esse: *Et panem otiosa non comedit:* hoc enim secundum est propugnaculum virginitatis: exercitiam autem, quo olium vitabat, adnotavit etiam Salomon (ibid.): *Et digiti eius apprehenderunt fenum.* Spiritus sanctus etiam Tobiae uxorem laudat, quod otii inimica textrinae arti vacaret. Hinc Hieronymus ad Demetriadem honestissi-*****